

esse censeo. Finis. Scriptaque est in mense Xeuel,
Anno Arabum DCCCCXXIX.

Humillimus servorum et ma-
ximus amicorum XABA ISMAEL
Sophi filius XAIBI HIDER.

192[•] *A tergo*: Ad manus, si Deo placuerit, Regis regum et principum principis, regis Hungariae, cuius dominium Deus maximus perpetuo saveat. Amen.

193 *In litteris Romæ 2 Mai 1524.*

Capitulum continens ea quae per Senatum Imperii in materia novarum doctrinarum sunt conclusa, ut in recessu vernacula lingua est inserendum quaevis ratione universalis Concilii cum sanctissimi Domini nostri Clementis Papae VII Legato in hanc sententiam conventum fuerit.

Quum insuper praesata nostra instructio Johanni Hanurt oratori nostri ad hanc imperialem Dietam data, inter alia in se complectitur, nos ope bona ductos, quod sacri Imperatores romani status tamquam sanctæ fidei defensores et protectores mandato nostro de consensu electorum, principum, prælatorum, comitum et aliorum statuum Vuormantiae emanato obdienter paruisse et satisfecissent, ac illud idem manutenuisseut, et ex eo quod præmissa adimplere neglexerunt non modicam ratione reipublicæ chistianæ et totius germanicæ nationis modestiam et displicentiam concepisse; ea propter desiderium et petitionem nostram iterum eo collocaevimus, ut quivis electorum, principum, prælatorum, comitum et statuum per se ipsum et apud subditos suos curaret et efficeret quod huiusmodi nostro mandato Vuormantiae deinceps adhuc obdienter obtemperaretur occasionem ad huiusmodi nostram petitionem, et desiderium nostri et Sacri Romani Imperii principes electores, principes, prælati, comites et comunes status inter se concordarunt et concluserunt se velle dicto nostro mandato obdienter, quemadmodum et ad id se obligatos esse recognoscant, pro virili sua et in quantum possibile sit parere, et illud adimplere et observare, ac quod quelibet potestas apud typographos seu impressores instet, et alias undique prospiciat necessario et provideat, ut deinceps famosi libelli seu iniuriosæ scripturæ et picturæ in futurum in totum amoveantur et ulterius non divulgentur sive dilatentur, quodque

in posterum ratione bibliotecarum iuxta tenorem præfacti mandati nostri observetur. Verum si cuiquam aliqua circa præmissa gravamina, vel impedimenta accederent vel inferentur, is ea nostro locum tenenti ac regimini significare poteris, qui a nobis commissionem habent prout et ipsis tenore præsentium seriose committimus, quatenus consilio et auxilio conquerentibus adsint eos tueantur, et dictum nostrum mandatum omni diligentia exequantur, et ne bonum eum malo supprimatur, et tandem resolutio fieri seu ad amussim examinari possit; quam viam in hac re quisque debeat amplecti, consulte factum iri locumtenens, orator, electores quoque principes, prælati, comites, et imperii ordines putarunt, quod generale, liberum et universale Concilium totius Christianitatis tamquam summe necessarium per Beatitudinem Pontificis et de consensu nostro quam citius, et quam primum possibile futurum sit ad locum convenientem in Germania, prout deceat decerneretur et publicaretur, et desuper cum sanctissimi domini Pontificis Legato, qui in praesentia istis agit, tractarunt, qui se rem apud Sanitetatem Suam omni fide diligentia et sedulitate acturum et 193[•] promotorum pollicitus est, et nihilominus interea temporis in diem divi Martini proximum in civitate Spirensi communis congregatio germanicæ nationis celebrari, ac in eadem, ut præfertur, deliberari, et in consultationem poni debeat, quo pacto usque ad indicendum generale Concilium sit agendum; ad quam congregationem quivis electorum principum, prælatorum, comitum, et aliorum ordinum status imperii se presentialiter conferre teneatur. Verum, si aliquis ex eis urgenti de causa personaliter adesse non posset, ex tunc is debeat unum vel plures graves et præstantes consiliarios pleno et sufficienti mandato suffultos ad tractandum consultum et finaliter de his concludendum transmittere, quemadmodum literæ ad principes electores et ad alios principes et status desuper decretæ sunt, et potissimum ad eos qui universalia studia in suis ducatis et civitatibus habent, cum commissione, qualenus per suos doctos, probos, praticos, expertos, et intelligentes consiliarios extrahi et se legi curent quicquid disputabile in novis doctrinis et libris repererint, et quæ ita extraxerint nobis vel in absentia nostra, nostro locumtenenti et principibus electoribus, principibus et statibus in dicta congregatione convencturis exhibeant, ut maiori fructu negotium hoc in futuro concilio possit habere rogressum. Debebunt insuper nostri locumtenentes et constitutum regimen, principes insuper electores, principes,